

LUDOVICUS CHRISTOPH. ALTHOF

M. D.

LECTORI BENEVOLO

S. D.

*P*rior huius voluminis pars, ea nimirum, quae de stirpibus, genere et specie cognitis, agit, typis iam excusa erat, cum praematura sane, nec satis lugenda, quamvis praeuifa, morte nobis eriperetur Auctior, eruditione haud vulgari praeclarus, tantisque in primis de materia medica meritis longe lateque conspicuus. Altera pars, quae medicamina vegetabilia ignoti generis vel speciei comprehendit, exarata quidem erat, sed iterum perlustranda, locaque passim ex scriptoribus citata iterum conferenda erant, antequam typothetae committi poterat. Hanc mihi paucis ante obitum horis tradidit beatus Auctior, ut recognitam prelo subiici curarem. Ea praeterea, pro singulari erga me beneuolentia, mecum communicauit, quae ad volumina priora augenda collegerat. Nihil itaque est in hoc volumine, si indicem excipias, quod non Auctiori debeatur.

a 2

Indicem

Indicem enim, quem in calce voluminis quinti adiecerat beatus Auctor, emendavi, locupletio-
reddidi, nominibus stirpium systematicis auxi,
eaeque suo loco inserui, quae in hoc volumine con-
tinentur.

Ouge autem de plantarum quarundam in
prioribus voluminibus iam pertracatarum, viri-
bus, nuperius vel primum, vel curatius perspectis,
commemoranda supersunt; ea nouae huius operis
editioni, quae propediem in lucem prodibit, re-
seruantor.

Haec praemonenda putavi, ne quid imme-
rito tribueretur editori.

Scripsi in Georgia Augusta, mense Martio
MDCCXCII.